

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Andreas Daniel Habichhorst Joachimus Seth a

**Diatribe Philologica Manna, Quo Populus Israeliticus In Deserto Olim Fuit Cibatis,  
Exod. XVI. v. 15. & seqq. & Num. XI. v. 6. & seqq.**

Rostochii: Kilius, 1670

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn740048651>

Druck Freier  Zugang



RU theol. 15.0kt. 1670

Habichhorst, Andr. Dan. / 8



DIATRIBE PHILOLOGICA  
DE  
**M A N N A,**

Quo <sup>36</sup>  
**POPULUS ISRAELITICUS**  
IN DESERTO OLIM FUIT CIBATUS,  
Exod. XVI. v. 15. & seqq. & Num. XI. v. 6. & seqq.

Quam

*In illustr. Acad. Rostoch.*

המשיח הלחם חיין  
MODERATORE <sup>מֶלֶךְ</sup>  
Amplissimæ Facult. Philos. consensu

P R A E S I D E

**M. ANDR: DANIELE  
HABICHHORSTIO,**

S S. THEOL: CANDID.

Placido συμφιλολογήσην examini  
Horis locoq; consuetis  
submittit

**JOACHIMUS à SETH,**


Stenovio-Hadelensis, SS. Th. & Phil. Stud.

*Ad d. XV. Octobr. Anno 1670.*

ROSTOCHII,

Typis JOHANNIS KILII, Universit. Typogr.

MR 1670 AGT. ✓ 1.  
AS.



# I. N. D.

**I**ntra miracula, quibus in cibandis mortalibus inde ab exordio mundi suā Deus illustravit παντού αμίαν & πολυπάντεροφίαν, princeps facile est cibatio Israelitarum in deserto, quæ facta admirando pane *Manna*. Quandoquidem vero circa panem illum occurunt notatu & disquisitione omnino digna, lubido est pauca hīc de illo duabus sectionibus commentari. Esto igitur (DEUS vero sit conatibus præsto !)

## SECTIONIS I. *Onomatologica* Membr. I. exhibens *Etymologiam*.

§. I. *Etymologia nominis* *Manna* ex prima cognoscitur origine & appellatione. Cum enim viderent illud Israelitæ, dicebant quisque ad fratrem suum Μᾶννα ἦτορ i.e. Man illud, quia non sciebant Μᾶννα τι quid illud, teste Mosche Exod. 16. 15. Idemque v. seq. 31. refert, Israëlitæ ejus nomen vocasse ἦτορ. Ubi statim quaestio movetur, utrum vocis hujus origo sit petenda ex linguis peregrinis, an ex ipsa Hebræa? Et porro an *pronominaliter* accipienda, adeoq; populi verba Μᾶννα ἦτορ ἐρωτηματικῶς seu dubitative, oratione interrogativâ, sint explicanda, ac si interrogassent *quid hoc*, adeoq; nomen ac definitionem rei poposcerint? An vero *nominaliter*, adeoq; verba Israëlitarum intelligenda καταφατικῶς, ita ut assertive seu definitive in oratione enunciativa expresserint, quid de pane isto statuerint?

§. II. Sunt qui *pronominaliter* & *interrogative* accipiunt, ac si Israelitæ rei novitate percussi percontati fuissent, quid illud esset, quod oculis usurparent. Et horum alii deducunt ex Chaldaico idiomate, alii ex Syriaco, alii ex Arabico, in quibus ἦτορ pronomen interrog. alii ex Ægyptiaco, in quo pariter interrogatio esse prohibetur. Unde quidam non absurdum existimant, dicere, populum Israëliticū usos fuisse post egressum particulâ lingua eorum, cum quibus conversati tot fuerunt anni. Qui vero ex Hebræa id nominis deducunt lingua, illi rē Nun per paragone in locum Ση̄ positum, adeoq; ἦτορ idem esse quod Ση̄ docent.

A 2

Ad

Ad hanc classem, qui pro nominaliter & interrogative accipiunt, pertinet Josephus l. 3. Antiq. Jud. c. 1. qui ita scribit: καλῶσι δὲ Βεργῖοι τὴν βρῶμα τὴν Μάρτιαν, τὸ γδὲ μᾶν ἐπερώτησις, καὶ τὴν ἡμετέραν διάλεκτον, τί τοτὲ εἴναι, ἀνακείνεσσι. Quod quidem verum esse confitemur in dialecto Chaldaica post captivitatem apud DEI populum usitata, fallsum si de pure Hebraica id assenserat. Quin longe ante Josephum, immo & ante Christum natum LXX. ita exposuerunt: εἶναι ἔνθετό τῷ ἔνθετῳ πάντεσι τοῖς. Quos & securus, uti passim solet, Vulgatus retinuit quidem verba Hebreæ, de quibus movetur quæstio, filii Israel dixerunt ad invicem Man-hu, sed addidit statim explicationem: quod significat: quid est hoc? & hanc sententiam Patres ferè omnes & quidam recentiorum, præprimis Poatificiorum interpetrum amplectuntur.

§. III. Nos vero pro posteriori stantes sententia, verba illa נִנְמָה יְהוָה assertive & enunciative accipimus, ita ut נִנְמָה seu illud, quod videbant Israëlitæ, scilicet מַחֲנֵה קָדְשָׁה i. e. accrus granorum tenuium orbicularium sit subjectum, & יְהוָה prædicatum, adeoq; vox יְהוָה sit descriptio tenuium illorum orbicularium, quæ postea nomen eorum esse cœpit. Cum vero assertive & enunciative accipimus, simul indigitamus τῷ יְהוָה haut esse pronomen, sed nomen, originem trahens à R. נִנְמָה quæ in Kal significat numeravit, Piel paravit, præparavit, qua in significatione aliquoties ap. Jonam de pisce usurpatur magno, quem præparaverat Dominus. Non enim tantum panis hic adnumerabatur Israëlitis magna copia & numero distribuebatur, sed verè etiam præparatus à Deo erat calitusq; donatus. Israëlitæ igitur cum nomine exprimere proprio statim non possent illud מַחֲנֵה קָדְשָׁה quod videbant, dum ignorabant ex qua præcise materia & quomodo esset confectum, generice id appellant יְהוָה q. d. hoc est præparatus ille cibus, quem promisit nobis DEUS.

§. IV. Confirmant hanc sententiam ipsi Israëlitæ appellatione sua seq. v. 31. Non enim ad primum tantum cibi hujus conspectum enunciative dixerunt נִנְמָה v. 15. sed & postea v. 31. ubi informati à Mosche rem omnē diligentius perpendissent, mente & ore deliberantissimis appellant illud יְהוָה & quidem non

unus

בֵּית יִשְׂרָאֵל unus vel aliqui vel multi, vel feli rudiores, sed  
seu universa domus Israël. Jam vero in versu 31. vi textus  
מִן est à R. מִנְחָה, quod agnoscunt non tantum celebriores He-  
brei, sed & quidam adversariorum. Et confirmat nos ulterius  
locus Sapient. 16. 20. ubi dicitur: ἐπιμενον ἄρτον i.e. paratum pa-  
nem à cælo misisti illis sine labore. Luth. Sandest ihnen Brodt  
bereiter vom Himmel ohn Arbeit. Illa igitur est Etymologia Man-  
nae in v. 15. quæ est Etymologia מִן in v. 31. quia nullibi diversitas  
mutati conceptus notatur, nec ulla punctuationis mutatio con-  
spicitur.

§. V. Frustra ergo sunt, qui constantem hanc panis hujus  
admirandi appellationem, quæ ad posteros erat transferenda, sa-  
crisq; tabulis insinuanda, ex ignorance & hæsitatione populi  
rudioris profectam somniant. Utut vero rudiores multi inter-  
Israelitas; omnes tamen tam rudes fuisse, ut nescierint quid dixe-  
rint, non affirmare habemus. Neq; vero aliqui saltem & quidem  
rudiores dicebant: מַן הוּא נִשְׁאָר אֶל אֲחֹתָיו מִן הוּא ? sed יְאַמְּרוּ אֶל אֲחֹתָיו i.e.  
quilibet dicebat ad fratrem suum מִן הוּא . Et posito omnes  
in principio, ad primum ejus conspectum, fuisse tam rudes; an vero  
dixeris in errore illos permansisse, dum à Mose specialiter edocti  
quid esset, constanter universa domus Israël illud appellat מִן ? Et  
quis quæso in nescientia nominis occasionem nominis realis  
fundaret?

§. VI. Nos ergo illis potius ruditatem objicimus, qui מִן  
pronomen esse in lingua Hebræa statuentes, rò i hîc paragogicum  
docent, ἐν Φωνίας ἐνεκά usurpari solitum pro מִן. Unde enim  
huic suo pronomini in Hebræa lingua fidē faciēt ? Et unde alii pro-  
babunt Isräelitas & quidem omnes (alter n.ad alterum dixit מַן הוּא  
v. 15. & universa domus appellavit מִן v. 31.) locutos fuisse seu  
Arabicè seu Chaldaicè seu Ægyptiacè &c.? Certè quod Chaldaismū  
attinet, in illo non per (r) illud מִן uti quidem h.l sed per (-)  
punctatur. Neq; ap. Chaldæos pariter ac ap. Syr. & Arab. מִן  
illud de re, cuiusmodi erat Manna, sed de persona interrogare so-  
let, perinde ut מִן ap. Hebræos. Sic Dan. 3.15. וּמִן־הָאֱלֹהִים אֲלֹהִים  
& quis ille Deus. Es sehn wer der Gott seyn. & v. 6. וּמִן־דָּרְךָ לֹא יָפַל  
& quisquis non procedet, &c. Et præterea si מִן h.l ex Chalda-  
ca de-

ca desumtu[m] lingua notat quid, quare non Chaldaeus quoq[ue]; interpres Onkelos hic legit מִנָּה vel מַנָּה, sed מְנָה quod præparationem atq[ue] ita cibum h. l. notat præparatum? Et quare idem distinguit inter מְנָה הַוָּה & מַנָּה הַוָּה? ita enim habet Targum Onkelos: אמרו גבר לאחחו מְנָה הַוָּה אֲרֵי לֹא וְדַעַן מַה הַוָּה:

S. VII. Quod deniq[ue] ad Ægyptiacam attinet linguam, Drusius ipse, hujus sententiae compatriotus, adhuc est dubius, inq[ue] ea sententia ab aliquo lingua hujus perito confirmari cupit. Et posito dari in Ægyptiaca lingua tale pronomen, probare ipsi incumbit Israëlitas & quidem omnes in nomenclatura admirandi hujus cibi fuisse lingua usus ea, cuius absq[ue] dubio fuerunt pertæstissimi. Taceamus supponi abs Drusio quod est in quæstione & jam refutatum, scilicet verba מְנָה הַוָּה esse accipienda dubitative aut interrogative.

S. VIII. Restè ergo Lutherus noster assertivè hæc verba enarrat: das ist Man: & in margine reddit per: eine Gabe. Quæritur autem unde in Germanica vel latina lingva venerit Syllaba secunda na; dicitur enim Manna? Resp. originem illa trahit ex versione LXX. qui reddierunt μάννα, illudq[ue] procul dubio à Chaldais habent, apud quos dicitur מְנָה. Ut enim Hebrei מְנָה demonstrativum seu emphaticum præponunt e. c. מְנָה Num. II. v. 6. & 9. ita Chaldaei מְנָה suum emphaticum nominibus postponunt: quomodo & Targum legere Onkelosum supra monimus. Syrus ῥῶι duplicat expresse מְנָנָה, Arabs usitatum habet articulum suum מְנָנָה.

## Membr. II. proponens Homonymiam.

S. I. Non autem nomen hoc illi tantum tribuitur cibo, quæ Israëlitis in deserto præparavit Deus; sed tribuitur quoq[ue] aliis rebus, quamvis non eodem modo: illi enim tribuitur κυρίως & ιδίως; his vero tum μεταφορικῶς tum κατηχρησιῶς. Primò quidem Metaphorice rebus quibusdam tribuitur singularibus & sacris. (1) enim ipse Christus Manna vocatur. conf. Joh. c. 6. v. 30. & 31. ubi Christus non cum Manna solum se confert, sed & multis modis ei præfert dicens: Amen amen dico vobis, non Moses dedit vobis panem de cælo, sed pater meus dat vobis de cælo panem verum. Ego sum panis

*panis verus &c.* Hinc ap. scriptores Ecclesiasticos, item ap. Rabbinos Messias audit Manna, & in cantico himilisch Manna das wir essen. (2) etiam verbum Dei ap. Patres passim audit Manna. Ex multis unum audiamus Origenem, qui: *In nostra, inquit, Dominica die semper pluit Dominus de celo: sed & hodie ego dico, quia pluit Dominus Manna de celo: celestia namque sunt eloquia illa, quae nobis letitia sunt &c.* (3) vita æterna, ceu colligitur ex Apoc. 2. 17. vincenti dabo edere ex Manna abscondito. Varias hujus loci interpretationes allegandi hic non est locus &c.

§. II. *Abusivè* hoc nominis rebus tribuitur *vulgaribus & Physicis* & quidem certæ roris speciei, uti quidam volunt, illudq; ab hoc Mosaico dicunt *vulgare Manna*, & *Ιατεικὸν*, quod usum præbeat Medicis in leniter purgando & humores bilosos è corpore educendo. Physici in meteorologia docent, quod sit ros quidam melleus & matutinus, seu halitus aquæ terræq; calore solis exactè attenuatus & coctus, ac frigore secutæ noctis in unum coactus densatusq; adhærescens lapidibus & herbis. Et hoc ipsum copiosissimè dicunt colligi in monte Syriæ Libanon (unde & ros audit Syriacus) ejusq; regionis rusticos expansis humi velleribus concussisq; arboribus plena sàpè vasa roris ejus domum reportare. Pertinet huc *Manna Calabriense*, quod præstantissimum naturæ donum commendatur, maximè ex *Oenotriæ* quodâ loco, nunc Spoletano Ducatu. De hoc memoratu digna ex *Bressavolo* refert Joh. Renodæus Medicus Parisi, & ex eo Celeberr. Dñ. D. Varenius Fautor noſter æstimatisimus in Decadibus Mosaicis p. 266. quod dum Reges Neopolitani, locum istum ubi descendit, occluserunt, ne quis sine vectigali acciperet, Manna desierit, nec amplius descenderit. Ubique vero locus reclusus, & vectigal remotum, iterum descendere cooperit, & cum denuo locus fuit clausus, itidem cessaverit. Unde postea Reges coacti sint, locum relinquere liberum.

§. III. Alii vero uti aliter de vulgaris hujus Mannæ generatione sentiunt, & μετίσεν esse negant; sic & alii Manna ampliant, ita ut non tantum detur *Ιατεικὸν* in pharmacopoliis, sed & τρεπτικὸν seu Βρώσιμον in culinis. Et tale Manna in Polonia Mense Junio & Julio colligitur inq; hæc etiam loca transportantur, pollucibilius cænaturis haut ingratum.

#### §. IV

§. IV. Quæritur vero hic, an Manna hoc vulgare, quod in Meteorologia à Physicis traditur idem specie sit cum Manna Israelitico, de quo hic agimus? Sunt qui aperte affirmant; Nobis vero nemo id persuadebit. Ex scripturæ enim relatione & instituta collatione liquet, rem vulgarem cum singulari non esse eandem. Aliud est: descendere cum rore, quod de Israelitico dicitur Exod. 16. v. 14. Num. 11. 9. conf. infr. Sect. 2. m. 1. §. 2. & aliud: esse rorem seu compositum ex rore & plantarum vapore, quod de vulgari pronunciatur. Et quæso unde tot dulcium halituum adscensio, plantarumq; & herbarum vapor (qui de esse vulgaris Mannæ dicitur) in deserto Arabiae, quod ipsa ariditate est horrendum, ubi miraculum est pluvia & aquæ haustus ineffabile refrigeriū? Jam vero Israeliticum Mannæ in illo dabatur deserto & miraculosa virtute producebatur: unde & nomen accepit non physicū, sed Theologicum *Mān* vel *panis Jehovæ*. Ut nunc non urgeamus Mannæ hujus propria & i. singularissimas excellentias, quas vide explicatas à laudato jam Viro Excell. Dn. D. Varenio l.c. p. 267.

### Membr. III. sistens Synonymiam.

§. I. Variis autem excellentissimum hoc Mannæ insignitur nominibus i. generalibus. Sic dicitur nudè מִנְאָה seu *panis* Exod. 16. 4. & 12. de qua voce alibi pluribus. Dicitur & בְּנֵי נְסָרֶת vel cibus vel *esca* Ps. 107. 18. Erat autem verissimè cibus, quia diu satis eodem cibabantur, hinc & Deut. 16. 3. & 8. dicitur: & cibavit te Mannæ.

§. II. Deinde & reperiuntur nomina periphrastica seu epitheta, quibus circumscribitur. Sic vocatur i. מִנְאָה שְׁבַדְלָה frumentum cœli Ps. 78. 24. LXX. vertunt ἄρτον ἐργαζόμενον, quomodo & Luth. *Himmels-Brot*. Dicitur frumentum: quia frumenti, sc: tritici vel speltæ locum subibat: dicitur cœli, quia DEUS promittens illud dixerat: ecce ego pluam vobis panem de cœlo. conf. vers. præced. ubi DEUS dicitur jussisse nubes quæ vox vocem cœli explicat. In fonte est מִנְאָה שְׁבַדְלָה à sing. מִנְאָה quæ vox alias notat pulvrem tenuissimum, à R. מִנְאָה contudit; interdum vero ut & h. i. nubem tenuissimam & subtilissimam vel cœlum conf. Ps. 18. 12. & 89. 38.

§. III.

§. III. Deinde eodem Ps. v. 25. dicitur אָכִירֵי פָּנָי i.e.  
panis fortium. Quæritur autem quinam isti fortis? Variant hic interpretes: Alii ad Israëlitas referunt, quod cibus fuerit tam delicatus, ut non modo ad palatum fuerit plebis, sed & herorum virorumq; fortium q.d. Herren Brodt. Nonnulli de ipso Manna per metonymiam effecti accipiunt, quod illud virtute confirmandi augendiq; robur in corporibus comedentium polluerit, quod & reapse expertus sit Calebus Dei obsequentissimus Jos. 14. 11. & Moses Deut. 34. 7. Alii deniq; & quidem plurimi designari hic angelos volunt: Ita LXX. verterunt: ἀπὸ τῶν ἀγγέλων, Vulg. panem angelorum Luth. Engel Brodt. Ita & Targum Sed de his in seq. §.

§. IV. Porrò appellatur τροφὴ ἀγγέλων esca angelorum Sap. 16. 20. non quod angeli cibo indigeant; sed quod vel eorum ministerio Panis ille fuerit præparatus populoq; subministratus, vel quod homines judicarint cibum hunc descendisse ex habitatione Angelorum, vel quod cibus fuerit excellentissimus: illud enim angelicum vel divini vocamus, quod pretiosissimum; vel deniq; quod ejus fuerit virtutis ut vescentes eo, similes reddere angelis semper florentibus, viresque servare incolumes potuerit.

§. V. Deniq; dicitur esca spiritualis 1. Cor. 10. 2. & ambrosia seu cibus immortalis Sap. 19. 20. illud quidem, non quod spiritualiter seu fide illam patres comederint; sed quod præter naturæ cursum Israëlitis fuerit præparatus & Messias per illam eminus præfiguratus. Hoc vero quod ceteri mortales, extra Dei populum, eo sint nunquam usi: est enim ambrosia ab apriv. & Cætoris mortalis &c.

## SECTIONIS II. PRAGMATOLOGICÆ

### Membr. I. exponens CAUSAM EFF. & MAT.

§. I. Explicato nomine, nunc rem ipsam declaraturis quinque præcipue ad descriptionem rei facientia, evolvenda essent sc. 1. causa 2. proprietates 3. adjuncta temporis, loci &c. 4. pugnantia 5. consequentia; ceterum pagellæ vix omnia permittent. Quantum vero licebit explicabimus. Quod causas attinet, Efficiens & quidem 1. principalis est Deus, qui dixit ad Mosen: Ego pluens Exod. 16. 11. 2. ministerialis, ut quidam volunt & ex superioribus constat, fuerunt Angelii, unde vocari putant escam angelorum &c. 3. causa impellens DEUM ad panem hunc dandum

dandum vel occasio fuit populi murmuratio, quæ describitur v. 2. unde patet famem Israelitarum non fuisse vulgarem sed gravissimam, ratione temporis, loci, effecti &c.

§. II. *Materia* ab aliis statuitur *ros*; non tamen liquidus, qualis est humor rorulentus, sed concretus & conglaciatus, similis granis grandinis vel pruinæ, &c. Nos cum aliis Manna à rore & pruina distinguimus; idemq; singularem quandam fuisse naturam simplicius statuum, & Manna inclusum jacuisse, superne quidem pruinæ, inferne autem rore è textu Mosaico colligimus, i. enim Exod. 16. v. 13. fit mentio רֹאשׁ שְׂכָבָת שְׁכָבָת rora, quod est ipse ros in castorum circuitu stratus. Subiunxit vero hoc stratum roris, quod in diluculo fuit circum castram etationem, Manna qu. cubasse & in lecto constitutum fuisse: Est enim à R. סְכָבָת cubuit in lecto. Ut vero apparet magis, stratum illud roris non fuisse ipsum Manna, expresse dicitur v. 14. quod adscenderit stratum roris חַמֵּל שְׁכָבָת חַמֵּל i. e. ad solis radios remotum sit, quomodo recte LXX. καταπαυομένης τῆς οὐράς cessante rore, & Luth. Alß der Thau weg war. Dicitur etiam quod adscendente strato roris statim Manna apparuerit i.e. elevato roris strato statim revelatum Manna. Unde collectu est facile, quod ros ille non fuerit Manna. Siquidem rore liquefacto Manna demum sui conspectum præbuit

§. III. Deinde notandum ex Num. 11. 9. quod Manna non demum in elevatione roris descenderit, uti hic quidam habent; sed descendente noctu roris strato super castra, simul descenderit Manna cum rore. Unde iterum consequitur, Manna si cum rore cecidit, non fuisse rorem ipsum & per conséq; aliquid aliud extra utriusq; tam succubi quidam incubi substantiam &c.

### Membr. II. subjungens CAVS. FORM. & FIN.

§. I. *Forma* Exod. 16. v. 14. indigitatur duabus vocibus 1. פֶּרֶת quæ notat tenacitatem, minutum, à R. פֶּרֶת comminuit. LXX. reddunt λεπτὸν gracile, subtile. Targum פֶּרֶת tenuie. Et hanc tenacitatem comparat hic Moses cum tennitate pruine; unde patet simile fuisse Manna pruinæ. Inde vero non colligitur (uti quidam volunt) fuisse pruinam: quia simile non est idem. 2. פֶּרֶת que vox cū non nisi h. l. in scripturis reperiri dicatur ullibi, varios fecit interpres. Chalæus, quia vox est quadrata, refert ad cognatam Rad. trilateram פֶּשֶׁת qua

qua<sup>z</sup> notat putavit, de corticavit & reddit per מִקְלָפָה i. e. decorticatum à מַלְאָךְ rasit, putavit corticem &c. LXX ob vōcis raritatem maluerunt circumscribere ita: ωτει μεριμα κοριάτης λαβυνά, collato v. 31. & Num. ii 7 i.e. sicut semen coriandri album Vulg. habet qv. pilo in sum &c.

§. II. Ceterum nullam ex his sen'enti's facimus nostram Quod inspecie attinet LXX. monemus Coriandum non esse album cum semine, neq; id Ebraeum textum Exod. 16. v. 31. dicere; sed hoc saltem velle, quod Manna fuerit & in istar Coriandi, ratione sc: quantitatis s. rotunditatis, & album, adeoq; לְבָנָן sumendum non in sensu composito h. m. Manna erat album sicut semen coriandi; sed in sensu diviso i. Manna erat sicut semen coriandr: 2. idem Manna præterea erat albū. Confirmat id accentuatio, & locus parallelus Num. ii. 7. ubi dicitur? Manna fuit sicut semen Coriandri, quo significatur quantitas; sed qualitas seqq. verbis indicatur. & species ejus sicut species Bdellii. Recte ergo Luth. particulam und/ qua<sup>z</sup> implicitē saltem est in fonte, interposuit: Es war wie Coriander Samen und weiß.

§. III. Alios ergo sequimur Hebraeos, qui constanter vocem מְרֻמָּה בְּשֶׁבֶת exponunt, quod significat rotundum. Et ita quoq; verit Pagninus, Arias Mont. Luth. Tremellius. Quod vero vox illa rotunditatem hic importet, conjicimus ex adjunctis i. quidem ex comparatione Mannæ cum pruinâ v. 14. jam vero pruinam in granula congelari rotunda & conglobari justo tempore conspicimus 2. ex comparatione ejus cum semine קְרַנְדֵּר v. seq. 31. item Num. ii. 7. קְרַנְדֵּר alias notat turmam & קְרַנְדֵּר turmatim convenit. Bis vero illa vox Coriandum notat, de quo & h. l. omnes exponuunt.

§. IV. Finis fuit (1.) intermedius, & hic vel naturalis, Exod. 16. 8 hic est panis &c. ad vescendum. vel spiritualis, qui vel tentatio v. 4. ut tentarem populum &c. vel præfiguratio, ut sc: admonerentur de rebus per Manna adumbratis Joh. 6. 48. 49. seqq. conf. & supr. sect 1. m. 2. §.

1. (2) ultimus, sc. DEI gloria, Exod. 16. 6. & 12. Deut. 8. 3. &c.

### כּוֹחַ

### COROLLARIA.

I. Quæritur an Manna omnium ciborum gustum exhibuerit? Sapiens c. 16 20 affirmat. Osiander vero in h. 1 ita commentatur; hac qu de nab autore dicuntur bono animo ad amplificandum Dei beneficium, sed tamen scriptura aliter de eo loquitur. Cui nos suffragamur.

II. An

II. An Manna distributio, cuius mentio fit Exod 16. 18. facta  
fit per Miraculum, ita ut illis, qui plus collegerant, diminutum fuerit Man-  
na divinitus, & illis qui minus, auctum fuerit divinitus, ut æquales omni-  
um fierent portiones? Negamus.

Ad Praestantissimum

DN. RESPONDENTEM.

MAN quid sit? rogatas: Mosis monumenta revolve,

Exodus Numeros jungito: Victor eris.

Oenotrios coluisse locos si forte juvabit

Brassavolus magni nominis instar erit.

Celerr.

Augustus Varenius.

Ad Praestantissimum

DN. JOACH. à SETH,

Hactenus in Hebraicis Auditorem meum solertissimum,

Nunc de MANNA ante abitum, in publico frequentiq;

Literatorum conventu Responsurum.

Quod Roseo fueris ad Varnum gnarus in horto,  
Carpendo varias in pietate rosas,

Testamur; testatur idem quoque pagina præsens,

Quà pius & doctus nobile Manna refers.

Manna Tibi semper sit CHRISTUS, Mannag VERBUM,

Sic te perpetuum Man, JOACHIME, manet.

Mannag, ceu sapuit, sic quæ Fautoribus offers

De Manna sapient tñemata sacra tuis,

Et varios referant Tibi fructus atq; favores,

KIPPIUS in primis hæc Tuus Hospes amet,

KIPPIUS, ad gnatos qui Tete Parentis adinstar

Formandos revocat, commoda plura + paret!

+ Anagr. Pater.

M. A. D. Habichhorst.

Mein wertter Freund! Herr Seth! was hat doch Euch gerrieben!

Das MAN zukennen recht? vielleicht ein soich Belieben!

Das mangen nicht bewußt: Ihr deutet damit an!

Das euer Glück wird seyn ins künftig euer MAN.

Johan. Christoph. Wilaus, Usa-Brem. SS. Th. Stud.





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn740048651/phys\\_0015](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn740048651/phys_0015)

DFG



que notat putavit, de corticavit & reddit per פָּלַק rasit, putavit corticem &c. LXX ob v-erunt circumscribere ita: וְאֵת כִּי-מַעֲנָה נָאֵת Num. ii 7 i.e. sicut semen coriandri album Vulg. h-

§. II. Ceterum nullam ex his sen'enti's facin specie attinet LXX. monemus Coriandum non ne, neq; id Ebræum textum Exod. 16. v. 31. dicere; quod Manna fuerit & instar Coriandi, ratione sc: quatis, & album, adeoq; לְבָנֶן נָגֵר sumendum non m. Manna erat album sicut semen coriandi; sed in erat sicut semen coriandr:z, idem Manna præterea id accentuatio, & locus parallelus Num. ii. 7. ul sicut semen Coriandi, quo significatur quantitas; bis indicatur. & species ejus sicut species Edelli. particulam und/ que implicitè saltem est in for war wie Coriander Samen und weiß.

§. III. Alios ergo sequimur Hebraeos, מִשְׁנָה per עֲבוֹדָה exponunt, quod significat r-vertit Pagninus, Arias Mont. Luth. Tremellius. C-tunditatem hic importet, conjicimus ex adjunc paratione Mannæ cum pruina v. 14. jam vero pru gelari rotunda & conglobari justo tempore co paratione ejus cum semine קְרַיְא Coriandri v. seq. 31. alias notat turmam & תְּמִימָה turmatim convenit. B andrum notat, de quo & h. l. omnes exponuit.


§. IV. Finis fuit (1.) intermedium, & hic 16. 8 hic est panis &c. ad recessum, vel spiritualis, ut tentarem populum &c. vel præfiguratio, ut sc: ac per Manna adumbratis Joh. 6 48. 49. seqq. conf.

I. (2) ultimus, sc. DEI gloria, Exod. 16. 6. & 12

### כָּוְהָלָן

### COROLLARIA.

I. Quæritur an Manna omnium ciborum Sapiens c. 16 20. affirmit. Osiander vero in h. 1 qu de nab autore dicuntur bono animo ad amplificand tamen scriptura aliter de eo loquitur. Cui nos suffi



rticatum

malu-

v. 31. &

sum &c.

Quod in

n semi-

m velle,

tundita-

ositio h.

Manna

nfirmat

nna suit

qq.ver-

Luth.

it: Es

vocem

a quoq;

illa ro-

x com-

la con-

x com-

. קְרַיְא

ox Cori-

Exod.

io v. 4.

le rebus

m. 2. §.

cc.

buerit?

ur; bæc

um, sed

II. An